


Johann Barnstorff

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Barnstorffius, J.U.D. Et Profess.
Publicus Omnium Ordinum Civibus, utpote In Divinae Gratiae Censum Descriptis
Salutarem Natalis Christiani Memoriam Adprecatur**

Rostochi[i]: Typis Joh. Weplingii, [1701?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892940859>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1701 Weihn.

M. 1256. 81.

M. 1701.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOHANNES BARN-
STORFFIUS,

J. U. D. ET PROFESS. PUBLICU
Omnium Ordinum Civibus,



utpote
IN DIVINÆ GRATIÆ CENSUM DESCRIPT

SALUTAREM NATALIS
CHRISTIANI
MEMORIAM
ADPRECATUR.



RostochI, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

M. 1256 81



Emineram nuper, e Ictis quempiam Augu-
sti Cæsaris descriptionem Christo nascente
factam, Luc. II. inter Capitationis exem-
pla recensuisse: (vid. Joh. Jac. Speideli
speculum, sub voce Haupt-Geld) quæ alias:
*munus reale extraordinarium irrogatum per-
sonæ, non habita facultatum ratione esse dicitur.*
Neutiquam vero meum est, divinas literas
interpretari, & an sacro scriptori eadem
mens fuerit? definire. Crederem tamen, si capitatio fuisset;
tribuum familiarumque conventibus superfedere Judæos; Jose-
phum &, quod magis est, Mariam prægnantem molesto itinere
se subducere, ac sua quemque domo pro te censum exsolvere po-
tuisse. Quid enim in Capitatione vetat extra patriam debitum
pendere, modo ibi fiat, ubi habes domicilium? Aut quæ quis
gente vel stirpe ortus sit, quid ad ærarium attinet; modo pecunia
eo referatur? Si idem, quum talem censum per capita restaurare
quoad Judæos volebat urgente bellica necessitate Maximilianus.
(vid. Recept. Imp. Wormat. de A. 1495) negotiū differre debuisset;
donec in tribus ac familias degener Ecclesiæ Israëliticæ propago
undique disseminata & succrescens rediret: seram oppido ex-
peditionem habiturus fuisset. Nimia autem in præsentis de Apo-
graphie Augusti argumento nascitur disputandi materia. Qua de
re

re novum non esset; si aut ego, aut alius in eo hallucinemur. Id tamen illum voluisse meque non inficiari dicam, instrumentum fuisse istam ἀμύρα φιλῶ Sacrae historiae memoratam capitationis aut certe pecuniarii census undique viritum legendi, quem deinceps paucorum annorum intercapedine P. Sulpicius Quirinus ad facultatum rationem exegit. Ab illo inchoat Josephus L. XIIII. Antiquit. eundemque Gamaliel Pauli doctor significare videtur Act. V. 37. Sic nempe potuit intra ipsam nascentis Christi annum extra ordinem delegari Quirinus (quem Lucas Kyrenium nuncupat) ut gentem Hebraeam universam legitima serie describeret; quo deinceps quantum ab illa exigi, quid muneris cuique imponi posset, planius innotesceret. Quod si ita esset; minus forte mirarer, cur apud profanos Scriptores fere nihil, quod cum Scripturaria Apographe contendere possis, occurrat? Namque gens Romana ejusque provinciae tanquam censualibus tabulis illatae sine omni pompa aut strepitu describi ac dinumerari poterant: Sed de Judaeis, qui nondum in provinciam transferant, peculiari descriptione opus fuerat: quae tamen aut odio in gentem, aut incuria, aut singulari numinis consilio ab autoribus praetermissa, vel nostrae certe memoriae subducta fuit. Quoties hodiernum in augustioribus curiis & principum Consiliis census aut exactio paratur subditis & discernitur, quae post longum demum tempus erumpit? Profecto absurdum non est, jam eo tempore Augustum Caesarem omne imperium exactioni census destinasse; & illam sententiam inter amicos promulgasse; suas secum tribus, municipia ac colonias & quotquot cognitas habebat gentes tacite reputasse: cum Christus nasceretur. Sed quia de Judaeis idem facere non poterat; immisit illis Quirinum; ut sibi de illius quoque gentis opibus ac multitudine constaret, & tum decreta exactio ad eos quoque protenderetur. Quod forte alii suspicati non sunt, nec resciverunt histo-

rici, intime tamen perspexit divinus spiritus nobisque arcanum
exposuit. Mihi vero illud hodie cogitanti venit in mentem sub
isto descriptionis titulo VOS, qui omnes intra academiae, eademque;
opera sancti Spiritus ac verae pietatis factos relati estis, compelle-
re. Vobis certe, quorum maxima pars perscrutandis Dei elo-
giis ingenium adsefacit, Vestrum officium vestramque sortem
œcumenicæ descriptionis ab Augusto factæ coloribus depingere
nec multo mihi labore constabit, nec fructu destituetur. Nemo
fuit Judaicum nomen professus, aut talem nactus originem, qui
in solenni ista descriptione abesset, suamque Cæsari fidem dare effu-
geret. Quanta omnium fuerit contentio, quam frequens con-
cursus, quantum certamen ut suum quisque munus prior ostende-
ret; Josephi festinatio, quæ nec Sponsæ partui proximæ pepercit;
hospitum frequentia, quæ ultra præsepe spatium omne divinæ
prolieripuit, ubi in lucem edita in communi peregrinantium
receptaculo jaceret, conspiciendum præbent. Sancta nimirum
simplicitas futuræ servitutis parum provida moræ quasi impa-
tiens Romano imperio accenseri nitebatur. Quanto autem nos
feliciores sumus! quibus libertas Spiritus omni civitate Romana
potior atque illustrior, non patet modo, sed quasi obtruditur? Nul-
lus est, quem isthæc novi foederis tabulæ arceant. Qui descripti-
oni promovendæ destinati sunt doctores Evangelici non expe-
ctant, usque dum confluxus fiat; ultro ignorantibus præsto sunt,
fugientes prosequuntur, & parum abest, quin præ nimio Studio
reluctantes cogant. Est illa descriptio ejusque; jura adeo omnium
vestrorum, ut eadem statim a prima infantia nomen vestrum, cen-
satis maturum, receperit. Quod quidem ad præcipuum laudis
ac gloriæ vestræ momentum spectat. Sub Augusti imperio vi-
vere aliquid boni, non nihil laudis, parum salutis, nihil constan-
tiæ habuit: eo quod princeps bonus fuerat justus & pacificus; Sed
miseria


miseriâ tamen aut seruitus illa, aut clientela non caruit. Namq; & ipse mortalis fuit; & imperium habuit quod tyranni invadere poterant; &, ut uno verbo omnem mali compagem proloquar, homo fuit. Is autem, cui nos nomina dedimus, dataq; servamus, Rex est, sed omnis successione aut in regno vicissitudinis expers; quia æternum regnat. Homo est; sed quæ infinite bona Dei voluntas est, plus eo: Deus nempe humana carne indutus. Ille est, qui Augusto imperium dederat; idem ille nobis gratiæ gloriæq; regnum paravit, partumq; elocat, tuetur, conservat. Sarius ergo fuerit sub ipso reges nuncupari, & principes esse; quam sub Satana tyrannide geminam seruire servitutem: male faciendo unam, alteram miserrime patiendi. Ipsi, quantum interfit autoritas Domini gloriæ humanis viribus, exinde colligite: quod unum Christi nomen inter servos, inter genitos hominum, inter mortales descriptum, infinita hominum nomina dominis, ex DEO natis ac æternum victuris inserat, & ex ipsa flamma repetat. Præsens illa dies est, quam ille, si tempora recte supputantur, primam adspexit: Sed cujus lux & jubar tanti est, ut nulla dies imposterum obscura credentibus videri aut infaustra illucescere queat. Augusti autem descriptio uti, quantum conjectura assequor, tum non nisi exacta fuit aut ex tabulis censualibus, aut in Syria & Judæa per Quirinum familiarum ac nominum consignatio; quo partim Cæsar subditos in explorato habere; partim illi suum agnoscere principem possent. Sic vestra est in Christi regnum assertio; sic in manu ipsius domini vestri, sic in ejus visceribus nominatim descripti estis, ac indelebili caractere consignati. Num tabulas censuales poscitis? En! *in CHRISTO fuimus dilecti DEO antequam mundi fundamenta jacerentur; & sic ab aeterno illata sunt nomina vestra in librum vite* Eph. I, 4. Apocal. XII, 8. Aut an


an fidem nonnisi obſignatam recipitis? *conſtat ſibi divinum ſe-*
cus ſignaculo munitum; ſuos pernovit dominus, qui illius eſt, ab iniqui-
tate recedat 2. Tim. II, 19. Non nudus eſt aut vacuus divinae lu-
cis ſplendor, qui olim denſa nocte paſtoribus circumfulus eſt,
ſed quæquæ verſus emittere videtur radium: *Nata vobis ſalus*
eſt, Chriſtus nempe Davidica civitatis Dominus Luc. II. 11. Dixi
ſuperius Auguſtanam deſcriptionem capitationi expeditum iter
conciliaſſe, quæ deinceps ſexto fere poſt N. C. anno contigit:
in quo tamen nonnifi ex parte vitæ præſenti æqviparatur. Im-
minet ſane, eademque omnium triſtiſſima & maxime lamenta-
bilis capitatio iis, qui in tempore gratiæ opportuno deſcribi aut
ſub fide cenſeri renuunt. Humanæ capitationis onere plebem
urbanam Conſtantine Cæſar, Thracenſes colonos Theodoſius
ac Valens (*l. un. C. d. capit: Civ. cenſ. exim., l. un. C. d. colon. Thrac. L. XI.*)
exemit; ſed certe illam ſpreti atque ob id irati iudicis nemo evadet,
nemini ea condonabitur. Inter primæ gentis Romanæ ſtatina
quod Servius Tullius *de cenſu non viritum ſed pro pecuniarum habitu*
colligendo ſanxerat; Tarquini⁹ Superb⁹ non ſine reipublicæ malo
revexiſſe dicitur (*Liv. L. 1.*) At hoſtis ille ac peſtis humani generis
elatiffimi ſupercilii tyrannus proſecto olim viritum requireret ſuos
ſectatores; & ſi qui per Servum DEI juſtum in libertatem adſeri
noluerunt, crudeli manu vindicabit. Noſtis quid velim, & fa-
cile intelligitis ubi rejecto ſalutaris deſcriptionis beneficio ad ca-
pitationem æterno ſupplicio dimetiendam ventum fuerit: pro
exactore Satanam, pro cenſu animam, pro munere infini-
tos cruciatus, pro regno infernum fore. Obteſtor vos
per Sacrum, ſi quis in vobis eſt, horrorem, quem ejus
calamitatis meditatio mentibus incutiet, ne ceſſetis deſcriptionis
fidem, quam ſemel dediftis, intemeratam præſtare. Solent, qui
in matricula imperii aut civium ſcripti ſunt, poſtulantibus cauſis
præ-

præscriptionis metu quandoq; eandem renovare. Sua quemq;
e vobis conscientia docebit; quis gradu dejectus sit, aut DEI civi-
tate exulet? Agite omnes! hodie, quando Solennis & anniverfa-
ria est nascentis Jesu memoria, gratiæ ac salutis matriculam re-
novabimus. Pro rata dudum nobis Christi fuit meritum & fan-
ctæ nativitatis fructus; nunc nostram quoque in sacris conventi-
bus pietatem ac in Spiritu veritatem arrhæ loco apud Deum de-
ponemus. Pro eo, quod Christus nostras esse, homo nasci, in-
fans haberi, ac omne humanitatis malum sustinere voluit; an-
non omne tempus inde a prima nativitate ipsi reddendum fuis-
set? Cum, quotquot vivimus homines, & æternum mori de-
bueramus, per Christi nativitatem renascendi materiam acce-
perimus: Si singuli totidem vitas, quot numero sunt homines,
haberemus; certe in ære ejus futuræ essent. Et revera est ille,
qui nobis omne tempus male collocatum, omnes sumtus levi-
ter dilapidatos, omnes ingenii vires ac corporis robur inter vo-
luptatum irritamenta consumptum, omnem sanguinem temere
profusum, quin omnem vanum sermonem ponit in rationibus.
Pergite, aut si potestis, provolate ad Christi incunabula, & lapsus
infantiæ juventutisq; deliquia fascibus ejus implicate aut vulne-
ribus condite! Et nomina vestra denuo in libro vitæ promine-
bunt. Equidem non sine verecundia quadam Vos, qui litera-
rum elegantium ac pietatis studiosi estis, & esse omnino debetis
officii vestri ac partium publico nomine recordari jubeo; cum
se rudior plebecula ultro ad festi solemnitatem componat. Sed
morem hic majoribus gero; in vos fiduciam repono, quod ve-
stram pietatem atq; modestiam uberius experimentis, quam
ego præceptis, sponte explicaturi fitis. Animi ergo pia conten-
tione abeamus, agite! cum Jesu parentibus, ut denuo sub poten-
tissimo omnium rerum monarcha ac rege regnantium describa-
mur

mur, atque in regno ejus gratioso confirmemur, ne glorioso ca-
rendum sit. In eo autem omnis sollicitudo ac universum stu-
dium reponi debet; ut quod sub corde Maria gestavit, id pleno
fiducia pectore nos adferamus. *Debet Christus in nobis gigni: ex
verbi semine, fide concipi, devotione nutriri ac amore teneri, ut pul-
cre Bernhardus loquitur.* Aderunt vobis e sacris suggestibus
exactores strenui, aderunt censores integerrimi! His corpora
animosque pertinaciter addicite! Horum doctrinae fideliter sub-
scribite! Et nomina vestra in caelo erunt conspicua: Cumque
doctrinae laude ac vitae conditione alios antegrediamini; nunc
item pietatis exemplum ut e vobis habeant ceteri, efficite; quo-
modo feriari sine crapula, sine clamoribus nocturnis, sine mutuo
odio, sine turba, sine invidia debeant. *Et quia querele publicae
ad me delatum est, quosdam adeo officii sui limites transisse;
ut ingructe dierum feriatorum vespera, idque in ipsis templo-
rum porticibus ac ambulacris profano joco honoratiores fae-
minas excipiant, incendentibus struant insidias, et multa pro-
terve agant: Sub certissima relegationis poenae eam ad versus
loca Sacra irreverentiam interdico ac veto: eosdemque per vas-
sissimos esse jubeo; talem injuriam, quia divino cultui inferitur,
facile nobis exploratam et severe vindicandam fore. Prae-
terquam quod ipse Deus fontes ulciscetur.* Nolle autem quem
quam Vestrum, qui quasi inter ditiores spiritu ac opulentiores
descripti a DEO estis, duplicatum sibi contrahere debitum.
Estormet plenitudo divinae gratiae omnium nostrum pectora,
ut Christi imaginem concipiamus: Sic inter fi-
lios DEI descripti caelestis substantiae ha-
redes censebimur.

P. P. Sub Sigillo Academiae. A. 1701.
Ipso nativitatis. F.





, atque in regno eius gratioso confirmemur, ne glorioso ca-
lum sit. In eo autem omnis sollicitudo ac universum stu-
n reponi debet; ut quod sub corde Maria gestavit, id pleno
cia pectore nos adferamus. *Debet Christus in nobis gigni: ex
i semine, fide concipi, devotione nutriri ac amore teneri, ut pul-*
Bernhardus loquitur. Aderunt vobis e sacris suggestibus
stores strenui, aderunt cenlores integerrimi! His corpora
nosq; pertinaciter addicite! Horum doctrinæ fideliter sub-
bite! Et nomina vestra in cælo erunt conspicua: Cumque
trinæ laude ac vitæ conditione alios antegrediamini; nunc
n pietatis exemplum ut e vobis habeant cæteri, efficite; quo-
do feriari sine crapula, sine clamoribus nocturnis, sine mutuo
o, sine turba, sine invidia debeant. *Et quia quærela publicã
me delatum est, quosdam adeo officii sui limites transisse;
ngruente dierum feriatorum vespera, idq; in ipsis templo-
n porticibus ac ambulacris profano joco honoratiores fœ-
pas excipiant, incedentibus struant insidias, & multa pro-
pe agant: Sub certissima relegationis pœna eam adversus
a Sacra irreverentiam interdico ac veto: eosdemq; per vas
mos esse jubeo; talem injuriam, quia divino cultui infertur,
ile nobis exploratam & severe vindicandam fore. Præ-
quam quod ipse DEUS fontes ulciscetur. Nollem autem quẽ
im Vestrum, qui quasi inter ditiores spiritu ac opulentiores
cripti a DEO estis, duplicatum sibi contrahere debitum.
ormet plenitudo divinæ gratiæ omnium nostrum pectora,
ut Christi imaginem concipiamus: Sic inter fi-
lios DEI descripti cœlestis substantiæ hæ-
redes censebimur.*

P. P. Sub Sigillo Academiæ. A. 1701.
Ipso nativitat. F.